Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



36

ist impedunt In omnibus hys permanerunt adhuc in no
crediderunt in mirabilibus eius Et deseruerunt in iuuentute
dies eorum et annos eorum cum festinatione Cum occideret eos
querebant eum et reuertebantur et diluculo veniebant ad eum
Et rememorati sunt quia dominus adiutor eorum et deus
excelsus redemptor eorum est Et dilexerunt eum more
suo et lingua sua mentiti sunt ei Cor autem eorum non erat
rectum cum eo nec fideles habiti sunt in testamento eius
Ipse autem est misericors et propitius fiet peccatis eorum et
non disperdet eos Et habundauit ut auerteret iram
suam et non accendit omnem iram suam Et recordatus est
quia caro sunt spiritus vadens et non redeuns Quoties exacerba
uerunt eum in deserto in ira provocauerunt excelsum in aquoso
Et provocaverunt deum et sanctum israel exacerba
uerunt Non sunt recordati manus eius die qua redemit eos
de manu tribulantis Sicut posuit signa in egypto
sua et prodigia sua in campo tanis eos Et puerunt in sanguinem
vertit flumina eorum et imbres eorum ne biberent Misit in
eos cynomiam et comedit eos et rana et disperdidit
eos Et dedit erugini fructus eorum et labores eorum lo
custe Et occidit in grandine vineas eorum et moros eorum
in pruina Et tradidit grandini iumenta eorum et pos
sessiones eorum igni Misit in eos iram indignationis suae
indignationem et iram et tribulationem immissiones per angelos ma
los Viam fecit semite ire suae et non pepercit a morte
animas eorum et iumenta eorum in morte conclusit Et percus
sit omne primogenitum in egypto primicias omnis la
boris eorum in tabernaculis cham Et abstulit sicut oues
populum suum et perduxit eos tamquam gregem in deserto Et
deduxit eos sperantes et non timuerunt et inimicos eorum operuit
mare Et introduxit eos in montem sanctificationis suae mon-